



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

30 Non odisse inimicos, aut à sententia sua dißidentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

SIGNVM XXX.

NON ODISSE INIMICOS, NE-
que eos, qui in dicendis sententijs
ab ipsis dissident.

1. D Auid Rex tam procul ab inimicorum suo-
rum odio se abesse sciuit, vt securus dixe-
rit: Si reddidi retribuētibus mihi mala, &c. *Psal.*
7. v. 5.

2. *Cyrus, Alexander, Augustus,* & alij boni Prin-
cipes, propterea postremo loco dicere sententias
suas sunt soliti, ne propter authoritatem alij suas
sequerentur.

3. Apud *Romanos* in omnibus Comitijs, vbi quid
cum populo agendum erat, prius priuatis homi-
nibus concio dabatur, quā Magistratum tenen-
tibus, ne quis potentioris sententia præuentus,
suam ipse supprimeret: sed summa cum liberta-
te quod sentirent exponerent omnes. *Dio lib. 39.*

4. *Artabanus* apud *Xerxem* Regem *Perfarum*
affirmat, nisi diuersæ dicantur sententiæ, melio-
rem non posse eligi: pluribus autem dictis, tan-
quam aurum purum licere deligere: quod cum
per se discerni nequeat, cum altero compara-
tum, discerni potest. *Herodot. lib. 7.*

5. *Cicero* vult, vt in recta sententia ne victa
equidem causa vituperetur: vnusquisque rectif-
simam sententiam dicat, tamen si solus in ea sin-
gularisq; futurus sit; quod ad eum non rei exi-
tus, sed consilium ac suffragium optimum perti-
net. *11. Phil.*

6. *Philippus Macedo* cuidam amico in omnibus
sua annuēt, dictasq; sententias probati: *Diuersū,*
V u 2 inquit

inquit, *semel senti, vt duo esse videamur.* (Plut. de discrim: ne adulat. & amici.) Vix certè adulatoris effugere suspicionem possunt, qui aliorum sententias omnes probant. (dem. ibid.)

Vt autem in sententiarum discrepantia aliorum offensio vitetur, hi modi sunt tenendi in Senatu pro Rep. sententiæ diuersæ dicantur: in priuatis verò rebus, amicè ac familiariter dicantur. 2. distinguatur inter ciuem à nobis dissentientem, & verum inimicum. 3. vitentur reprehensiones, aut *ἄδικα ῥησέως* adhibeantur, & placidè: fugiantur iracundia & contumelia. 4. vitetur illud: hæc tibi videntur, illa vero mihi. 5. reducat, qui dissentit à nobis, quasi Mutum ad modum, amicè ac placidè, non durè. 6. adhibeatur laus prudentiæ illius ac doctrinæ, pacis amoris, &c. (Plut. de ger. Rep.) 7. ita denique vitetur, vt non à voluntate, sed intellectu proficiat dissensio videatur.

SIGNVM XXXI.

OFFICIA AC MVNERA PARUA non contemnere.

Officia parua non esse contemnenda, probant hæ rationes. 1. Studium multitudinis, & rerum, penes quos eligendi Magistratus est, non stas, minimè improbandum est. 2. Cum in Magistratu moderatio maximè commendetur, hinc argumentum ac signum magnum est, cum quædam inferiores Magistratus sese demittit. 3. Publicè istud utilitas flagitat. Siquidem Reip. prodest, vt